



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Dies Prima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

cupienti, quod gratissimum Deo munus esset, in specie A. geli apparenſ dixerit, nihil gratius ipsum Deo offerre posse, quam si medianam lunam, rotunditatem Solis, & quartam partem rotæ offerret; quod, cum Eremita non intelligeret, que adeò explicationem à Deo instanter petret, per alium cùmque verum Angelum ipſi significatum est, per medianam lunam literam C. per rotunditatem solis literam O, & quartam verò partem Rotæ primam litteram R. in via Rotæ comprehensam intelligi, & quia ex his tribus literis conjunctis nomen COR. efficitur, hoc ipsum esse domum gratissimum, quod Deo offerri possit.

Ex quibus omnibus facile nunc colligitur, renovationem hominis in eo potissimum consistere, ut, si quidem cor per vitæ reporem & inordinatum ad creaturas amotum veteratum, & detortum fuerit, per novi fervoris remedium iterum invetur, & rectificetur. Hunc men quisque renovationem ejusmodi instituere cupiens, illatim prophetæ Davidis ps. 94. verba sibi dicta credere debet: Quod draginta annis proximus fui generationi hinc, & anima per: hi erant corde. Hodie ergo, si vocem eius audiens nolite obdurare corda vestra. Et, ut Deus per Ezechiel. 18. monet: projicite a vobis omnes prævaricationes vestras in quibus prævaricatus estis, & facite vobis cor novum, spiritum novum. Quia autem sex præcipue proprietates Scriptura in corde requirit, & prædicat, scilicet cor non mundum, rectum, ardens, carneum seu molle, & altum: sed de his quoque totidem meditationes præscribentur, aliæ occupationes eundem in finem tendentes suggerentur.

## DIES PRIMA.

Tessera.

**F**iliij hominum, usque quo gravi corde, ut quid diligitum vanitatem, & queritis mendacium? Ps. 4.

### MEDITATIO I. DE CORDE NOVO PROCVRANDO.

Præludium I. Est, imaginari, Christum juxta formam fabri ferrarij stantem, & cor tuum forcipe apprehendere.

pecie Ax.  
erte poli,  
artam po-  
get, &  
per alium  
s mea  
m O; &  
. in via  
bus lim-  
fesse dom-  
n cor in-  
noren-  
is comp-  
nde men-  
s; illati-  
pet: Qu-  
d' aisi-  
aduent-  
schielen-  
es sepa-  
orrum, &  
prietatis  
or non  
lum al-  
r, aliq-  
ntur.  
d illig-  
AND  
forranc  
rechend  
Ig

qui excitato applicantem, & dicentem: Ecce nova facio o-  
mnia.

Præludium. 2. est, petere gratiam, ut causas & modum  
novi cordis procurandi, id est, renovationis instituendæ ri-  
ticognoscere, seduloque adhibere possis.

### Punctum I.

Considera 1. Quid sit cor novum, & quomodo constitu-  
tum esse debeat; id ex S. Pauli doctrina disces c. 4. ad Ephes.  
eloquentis: Hoc igitur dico, Et testificor in Domino, ut  
jam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant, in vanitate  
sefus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alien-  
ata vita DEI, per ignorantiam, qua est in illis, propter  
ccitatem cordis ipsorum. Vos autem non ita didicistis  
Christum, sicut tamen illum audistis, Et in ipso edocti sicut  
veritas in IESV, deponere vos secundum pristinam con-  
versationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum  
desideria erroris; renovamini autem Spiritu mentis veritate,  
& induite novum hominem, qui secundum DEVUM crea-  
tuæ est in iustitia, Et sanctitate veritatis.

Considera 2. An non in te quoque vetus homo per cos  
inveteratum & reporē vitæ vixerit; id colligere poteris ex  
sequentibus indicijs, quæ S. Claudio Aquaviva Societatis  
JESU Generali in sua Epistola de renovatione Spiritus ad  
Socios suos scripta indicavit. S. Orare & Meditari sine sen-  
su & fructu. 2. Aegrè se colligere & ad cor iedire. 3. Co-  
gitata, dicta, factaque sua sine pudore, & emendationis se-  
niz proposito cursim examinare. 4. In res extraneas liben-  
ter effundi, non proximi juvandi, sed tædi vitandi, & sol-  
latij sensualis emendandi causâ. 5. Liberiùs obloqui, &  
aliorum dicta, factaque sine respectu carpere. 6. In anima-  
tum Zelo languere, laborésque earum causâ suscipiendos,  
quid dulces olim erunt, acerbos ducere. 7. Aegrè, & tar-  
de Superioribus, aut alijs Salubria consilia & præcepta sug-  
gerentibus obtemperare. 8. Honorificè ab omnibus asti-  
mari & tractari velle; hæc enim omnia, cum rectæ rationi,  
sunt ultimo, exemplo Christi penitus difformia sint, clarè  
argunt, non eum hominem, qui ad iustitiam exercendam,

L 1 5

&amp; San-

& Sanctitatem veritatis obtainendam creatus est, sed utrum  
secundum desideria erroris ambulantem in te vivere.

Considera 3. An non haec indicia in te quoque hastenus  
copiae deprehenderis, atque adeo justas ac multiplices con-  
dis novi procurandi, renovationisque instituendz tatu  
haberas.

Colloquium ad SS. Patronos.

### Punctum II.

Considera 1. Quantopere tibi haec renovatio necessaria  
est, sive propriam, sive alienam salutem, quae utriusque  
bi summè cordi esse debet, consideres; si enim 1. propria  
Salutem consideres, undique tu ab hostibus eidem ins-  
diantibus obsecrum vides; intus quidem à proprijs passio-  
bus & pravis habitibus, de quibus meritò illud Christi Men-  
s. usurpat: *Inimici hominis domestici ejus*: foris vel  
à Dæmonibus, qui, præterquam quod invisiibiles sunt, &  
hoc nomine Superiores, calliditate tantum valent, ut eum  
cum fortissimis Athletis Christi congressi saepe evallant.  
sed & viribus tantopere pollut, ut quasi paleas ferrum, &  
quasi lignum putridum eos existimant; vigiliam ver-  
tam sollicitam adhibent, ut non unum, alterumve melem,  
aut annum, sed vitam planè universam obsideant, & oppo-  
gner; & odio denique tam insatiabili, erga eos maxime  
quos sibi magis contradicentes, & alios quoque à se, subse-  
fervitio avertentes videt, exarcent, ut nullis eorum malis  
exsatientur. Si vero 2. alienam salutem consideres, & ei  
una parte quam gravis tibi obligatio per Pastoris officium  
susceptum incumbat; ex altera vero parte, quam noris si  
omnis in hoc officio languor & negligentia, perpendit, me-  
ritò sanè imperfectum tuum defiere, caverque deinceps  
saltem debebis, ne per tuam culpam conversio & salus mea  
corum periclitetur, atque adeo severa tibi olim coram Deo  
reddenda ratio incumbat.

Considera 2. Quam solidæ & efficaces sint haec rationes  
ad quemvis persuadendum, ut feriam renovationem infla-  
tuat, & quod suam & alienam salutem securius, & abundan-  
tius procurare possit solidas virtutes & sanctitatem, velu-  
prius instrumenta comparare studeat.

Confidera 3. An tu hactenus has rationes perpendieris,  
iisque te ad vitæ veteris emendationem, novæque studium  
mitate conatus fueris, & verò etiam deinceps. Velis collo-  
quum ad B. Virginem.

## Punctum III.

Confidera 1. Quæ media adhibere ad simile cor novum  
procurandum debeas, sequentia videlicet. 1. Ut Christo il-  
lud demissè offeras, suppliciterque petas, ut illud per gra-  
tiam & exemplum suum ob oculos tuos efficaciter proposi-  
tum renovare dignetur; non enim cor Regis duntaxt ut Sa-  
lonomon prov. 21. ait, sed Operationum etiam & Pastororum  
Oves sibi commissas regentium, in manu Domini est; quo-  
unque voluerit, inclinabit illud. 2. Ut omnia, quæ re-  
tinet sive obliscens, totum te ad anteriora convertas, dicás-  
pe cum S. Davide Psal. 76. *Dixi, nunc capi.* Quod quidem  
medium jam pridem sualit S. Antonius, dum, ut in vita  
ipsius S. Athanasius refert, Fratrum cœtu aliquod ab ipso  
Spirituale monitum petente, sic exorsus est hoc: *Hoc sit pri-  
mum cunctis in commune mandatum; nullum in arrepta  
propositis vigore lassescere, sed quasi incipientem augero  
semper debere, quod caperit.* 3. Ut beneficia tum generalia,  
per creationis, Justificationis, Redemptionis, Vocationis,  
& Prædestinationis; tum Specialia Personam tuam solam  
concernentia, qualia haud dubiè multa deprehendes, ani-  
mo volvas, eorumque perpensa magnitudine perpensa, ve-  
lur totidem pruni serforem accendas, atque ad perfectum  
vocationis tuæ executionem te extimules. 4. Ut doctrina  
à libello de imitatione l. 1. c. 15. traditam observes,  
quæ ait: *Duo specialiter ad magnam emendationem ju-  
vent, videlicet subtrahere se violenter, ad quod Natura  
nisi inclinatur; & ferventer instare pro bono, quo am-  
plius quis indigeret.*

Confidera 2. Quām solida & efficacia sūt hæc media ad  
novum cor procurandum, verāmque renovationem insi-  
tuendam; utpote quæ & à Sapientissimis, expertissimisque  
Magistris præscripta, & multiplici experientia abunde sunt  
confirmata.

Confidera 3. An tu ea hactenus adhibueris; aut quomo-  
do

*Præctica Exempla*  
do deinceps saltem adhibere velis. *Colloquium ad Chri-*  
*stum. Repetendo frequenter illud Davidis *Plal. § 6. 2 ad**  
*\*um cor meum, DEVS paratum cor meum.*

## M E M B R U M II.

### DE CORDE MUNDO PROCVRANDO.

Præludium I. est, imaginari Christum ante te statim,  
& cor tuum per peccata tua valde deturpatum est corporeo  
extrahentem, & Sanguine suo, lacrymisque tuis inter  
commistis abluentem.

Præludium II. est, petere gratiam, ut peccatorum  
stenus à te commissorum multititudinem ritè cognoscas;  
scriò detestari, & emendare possis.

### Punctum I.

Considera I. Qualem Munditiam in corde tuo ten-  
quirat DEUS, scilicet ut non tantum ab omni peccato mor-  
ali, sed veniali etiam, quantum per DEI gratiam fieri pos-  
tis, liberum & immune sit, ita ut mortem millies col-  
milles, quam unico, eoque minimo peccato veniali DEUM  
deliberate offendere.

Considera II. Quot titulis talis à te Munditia exigunt  
tribus videlicet, triplici Officio tuo respondentibus, &  
Missæ Sacrificio offerendo, Officio divino recitando, &  
sacramentis administrandis; si enim jam olim DEUS à Sac-  
dotibus veteris Testamenti Sacrificia vel Sacraenta impe-  
fecta, quæ figura duntaxat erant Sacrificij nostri oblationis  
vel administraturis, exigebat, ut essent sine macula; &  
Moysi ad Colloquium adinitendo præcibiebat, ut calcu-  
menta de pedibus tolleret; quantò magis à te, alijisque Se-  
cerdotibus Sacrificium infinitius perficiūs oblaturis, &  
Sacramenta longè nobiliora administraturis, ac ad famili-  
re colloquium nomine Ecclesiæ quotidie admittendis fini-  
lem, immo majorem munditem requiret?

Considera 3. An hactenus talem munditiam habetis  
aut certe deinceps procurare velis. *Colloquium ad SS. Pa-  
tronos.*

Pandanus

## Punctum II.

Considera 1. Quibus potissimum medijs uti dehebas ad predictam cordis munditiam obtinendam, videlicet balneū penitentiae & confessionis cum magna præparatione & conuicione peracta; hoc enim medium suasit S. Joannes i.c. 1. licens: *Si confiteamur peccata nostra, DEUS fidelis est Iustus, ut remittat nobis peccata nostra, Et emundet nos omni iniuritate; cessat namque vindicta divina, si confessio præcurrat humana, ut rectè S. Ambrosius super Psal. beati immaculati notavit.*

Considera 2. Quād idoneum & efficax sit hoc balneum ad peccatorum sordes abstergendas, utpote ex præioso Christi sanguine, qui ad totius Mundi peccata tollenda sufficibat; & tuis lacrymis, quæ ex contrito pectore fluunt, compositum, quāmque adeo merito de hoc balneo dicere quas cum Psalmista Ps. 50. *Afferges me hyssopo, Et munda me, lavabis me, Et super nivem dealbitbor.*

Considera 3. Cūni aqua plerumque tantò sit ad maculas corporis abluidas aptior, quanto magis calida fuerit, idemque multò magis in aqua tua & balneo spirituali, id est, Sacramento Pœnitentiae locum habeat, quod tantò pleniùs remittit peccata, eotumque pœnam, quanto majori cum dolore & integritate fuerit peractum, quād æquum sit, ut omnes partes hujus Sacramenti cum singulari ardore & perfectione implere studeas, dicásque cum S. Gregorio in Ps. 2. penit. *Praecupemus faciem Iudicis in confessione, ut quia tentationi parentes, manum non possimus effugere iudicis, per confessionem mundati clementiam experiamur misericordias. Colloquim ad B. Virginem.*

## Punctum III.

Considera 1. Ad cor mundum non sufficere, ut semel, iterumque mundatum sit, sed ne constanter Mundum permaneat, atque adeo efficacia media adhibeantur, per quæ à Sordibus deinceps contrahendis defendatur; sicque tu illa spōnsa cant. 5. verba usurpare possis; *Expolsavi me tunica mea ( id est, pravis desideriis ) quomodo induar illa ? lavi pedes*

*pedes meos (& cor meum à peccatorum sordibus) quin  
inquina boillos?*

Considera 2. Quænam potissimum media ad arcedū ejusmodi sordes & maculas adhibere debeas; videlicet Considerationem pessimorum fructuum, quos peccata huius à te commissa reliquerunt, applicando tibi verba S. Pauli ad Rom. c. 6. *Quem ergo fructum habuisti in iis in quibus nunc erubescitis, & dolētis ob damna subiecta nam finis illorum mors est;* aut certè, si venialia dum sunt peccata, morbus Spiritualis animæ graviora afflent *damna,* quæ oīnia hujus mundi mala à peccato distingue inferre possint; si ergo vel ipsa bruta non facilè redire a locum, in quo graviter vapularunt, aut ceciderunt; quibz posset, ut tu ad eadem peccata perpetranda redires, si eam per peccatum accepta ritè perpenderes. O utinam super aliquando, & novissima provideres, & frequenter animæ volueres, profectò in æternum deliberata voluntate om̄e peccares. 2. *Radicis extirpationem,* quæ est opinio falsa bonitatis sub rebus à nobis inordinatè concupiscentia latens, ex hac enīm opinione nascitur concupiscentia, quæ, cum conceperit, id est, in pectus admissa, & per consensum at collectationem approbata fuerit, parit peccatum, hæc ergo opinio tollenda est per certissimā persuasionē, quod nullum ei possit verum animæ bonum, nisi quod ad ultimū finem coelum quendum juvat; nullum vero è contrario malum, nisi quod ab hoc fine impedit, vel abducit; hæc namque persuasione semel animum occupaverit, facile eundem ab amore illitorum objectorum abducet, utpote quæ non nisi falsa, fuisse vana, turpia, noxiæque bona esse ostendet. 3. *Aptoris aeni ni augmentum;* nam ut rectè SS. Patres dixerunt, *augmentum caritatis est diminutio cupiditatis;* cum enim beatitas divina semel gustatur, facile terrestria desipiat, illæc S. Ignatij voces audiuntur: *O quæm soror mihi terra, cui cœlum aspicio!*

Considera 3. Quæm efficacia sint hæc media utpote trax multis exemplis comprobata, maximè S. Augustini de leproso fatentis: *O quæm suave mihi subito faciūt ejus caritatis suavitatis nugarum;* & quas amittere metu suarum dimittere gaudium erat, ejuscas enim ea tu vera sum

*lamma suavitatis.* Vide proin, quomodo deinceps eadem adhibere velis. Colloquium ad Christum illud S. Davidis N. 50. usurpando: *Cum mundum crea in me DEVS, & Spiritum reditum innova invisceribus meis.*

## OCCUPATIONES

Reliquæ hujus diei.

I. Præterbinas Meditationes suprà assignatas, & conuentas preces, & conscientiæ examina, tres præcipue occupationes alia suscipienda erunt. Quarum prima est præparatio ad generalem confessionem ab ultima saltem generali confessione faciendam: per hanc quippe cùm peccatorum plerorumque cumulus ob oculos ponatur, hoc ipso clarior sibi ipsius notitia, vehementior dolor & erubescens, & aetior denique ad amandum DEUM stimulus comparatur, ut, ubi abundavit delictum, ibi abundet & caritas; & prætermittat negligientia posteriori fervore compensetur.

II. Secunda Occupatio erit accuratum Examen circa ea, quæ propriam tuam personam concernunt, & in sequentibus termine quæstionibus consistunt.

Quibus vitiis potissimum hactenus subiectus fueris? quæ talium vitiorum origo? quibus medijs excindenda?

Quibus passionibus adhuc magis obnoxius sis, odio videlicet, an amor? gaudiis an tristiciæ? concupiscentiæ, vel ira? & quomodo deinceps moderanda?

Quomodo te in custodia sensuum externorum, puta Viscus, auditus, gustus, odoratus, tactus; & internorum, puta Memoria, intellectus, & voluntatis gesseris?

Quas corporis castigationes, & quo fructu suscepseris? Quomodo duplici examine conscientiæ, generali scilicet, & particulari, ac Pœnitentiæ Sacramento, velut præcipuis ad peccata extirpanda medijs usus fueris.

Quâ diligentia & intentione actiones tuas quotidianas peregeris? an ordinem diurnum pro ijsdem præscriptum diligenter observaveris?

Quo fervore & constantia virtutum ad ipsum pertinens Studium suscepseris? quibus medijs ad easdem animo tuo inserendas sis usus.

Quo-

Quomodo in humilitate proficere studeris ? an tuis ex animo despicias ? an ab aliis quoquo despici exopis, & gaudeas, ut Servatori tuo similius fias ?

Quomodo temperantiam in cibo & potu observaveris ? an non præproperè, laute, nimis, ardenter, Studiosè considereris, vel biberis ? quam mensuram deinceps obtemperabis.

Quomodo paupertatem spiritus observaveis ? an non inordinato & nimio appetitu divitias appetieris, aut prefieris ? an vietu & amictu contentus vixeris ?

Quomodo castitatis virtutem Sacerdotibus tantum necessariam exercueris ? an nihil contra eam opere, vello, aut cogitatione peccatum ? an omnes occasions ejusdem violandæ studiose declinatae ?

Quomodo Modestia studueris ? an manus linguis ab omni indecentia custodire ? an nugae, que in Sacerdotibus sunt blasphemiae, teste S. Bernardo, solliciti sunt devitatae.

Quam patienter adversos casus & tribulationes occurrentes exceperis ?

III. Tertia occupatio erit Spiritualis libri lectio, impensis quidem duorum capitum ex libello de imit. Christi, c. 1. & l. 2. c. 6. Deinde vero vel Ludovici de Ponte to. 4. de perfectione ; vel Ludovici Abelij de Sacerdote Christi vel Jacobi Marchantij in virga Aeron ; vel Manualis rochorum Caroli Musarti ; vel Instructionis meæ tentationis & conversatione Apostolica ; vel quartæ de Pastorum Officio.

## DIES SECUNDA.

### Tessera.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum propter retributionem. Ps. 118.

### MEDITATIO I.

#### *DE CORDE RECTO PROCVRANDO.*

Præludium I. est, imaginari Christum eortuum, quod inversum erat, terramq. superiori parte respiciebat, intentem, & in recto ac naturali suo statu collocantem.